



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

35 Gentiles ob templorum violationem gravia flagella sustinuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Mihi enim contigit, quod cum laici, qui ex Ducis Sabaudia permissio Cingaros hospitari tenebantur, pro illorum hospitio captinas unius massariti monialium assignassent, meo mandato in scriptis facto quatenus sub pœnis, & censuris contra violantes ecclesiasticam immunitatem inflictiis, ab eodem monialium massaritio discederent, illorum dux, & capitaneus coram me comparuit, & modeste mecum agens, asseruit, dictum hospitium acceptasse, ignorans illa bona esse ecclesiastica, & statim paruit, ab eodem loco recedendo, cum enim sentiant commodum ab ecclesiastica immunitate, consonum est, quod & incommodum sentire debeant, illam servando, *cap. qui sentit. de regul. jur. in 6.*

35 Scriptores Gentiles † multorum exempla recensent, in quos Dij severissime animadverterunt eò quod eorundem Deorum templa expoliare, eorumque bona usurpare præsumperint. Exercitus Xerxis, ob tam immane scelus perpetratum, à fulgure, nimbis, & grandine fuit miserrime univèrsus dissipatus, & prostratus. Exercitus Cambysis totus arena montibus infeliciter oppressus. Artaxerxes Ocho à Bagoa suo eunucho fuit de medio sublatus. Brennus dux Gallorum, post multas calamitates perpeffas, tandem se propriis manibus interfecit, nam licet essent falsi dij, quos isti colebant, nihilominus eò, quod illos veros esse existimabant, & credebant, in expoliandis eorundem Deorum templis, illa falsa credulitate graviter peccabant, quare à vero Deo acriter puniebantur, ut nobis, qui verum, & immortalem Deum colimus, hujusmodi in illos animadversio transiret in disciplinam, & exemplum. Contra ijdem scriptores laudibus extollunt

Alexandrum Magnum, qui in expugnatio-
ne Tyri, quam igni, & direptioni militibus tradidit commendando præcepit, ne cuiquam ad templum Deorum confugi-
enti nocumentum inferretur, quod idem Alexander observari iussit, cum Thebas cepit, quamvis contra illas esset graviter accensus: & Antiochus, ut refert Plutarchus in Regum Apophtegmatibus, dum Hierosolymam obsideret, fœdus benignissime Judæis postulantibus concessit, quod Pascha pacifice, quiete, & solemniter celebrare possent, illisque insuper tauros multos cornibus inauratis pro sacrificijs, & multam pro templo aquarum odoriferam diversitatem munificentissime dono misit. Quid dicam de Agesilao, qui in expugnatio-
ne Thebarum, ut scribit Aemilius Probus in ejus vita, etiam, si graviter vulneratus esset ita, ut ab ejus corpore sanguis in maxima copia emanaret, non ideo oblitus fuit militibus præcipere, ut templa Deorum servarentur illæsa? Quamobrem non est mirum, inquit Plutarchus, quod Agesilao cuncta ex voto prospere, & feliciter evenirent, cum tanta religione pol-
leret. *Diod. lib. 12. Iust. lib. 2. & 24. Polyb. lib. 5. & Pet. Ribaden. in tract. de relig. l. 1. cap. 36. per tot. ubi plura alia exempla adducit.*

36 Anno enim tertio † Joachim Regis Iuda, Nabuchodonosor Rex Babylonis obsedit Hierusalem, & tradidit Dominus in manu ejus Joachim Regem Judæ, & partem valorum domus Dei asportavit in terram Sennar, & vasa intulit in domum thesauri Dei sui, *Dan. lib. Prophet. cap. 1. in princ. & in pœnam deprædationis templi Dei regnum ab ipso transivit, ab hominibus fuit ejectus, & cum bestiis feris fuit e-*